



21
Bl. 89



habet III. 4454

144

PROSPHONISIS VOTIVA,

quam
VIRO

PRÆCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO CLA-
RISSIMOQUE

DOMINO

M. JOHANNI
SARTORIO,

Gymnafii ELBINGENS. hætenus
RECTORI,

Jam celeberrimi Athenæi GEDANENSIS,
ELOQVENTIÆ & POESEOS
PROFESSORI P.

Munus Ordinarium

SOLENNI PANEGYRI

die 23. Octobr. A. O. R. MDCCIV.
auspicanti:

Quod JEHOVA fortunet!
Fortuna PRUSSICA tranquillet!
Securitas PUBLICA consolidet!

In hoc qualicumque Affectus sui

DOCUMENTO

grata mente
offert

JOHANNES ZABANIUS,

Athenæi Præceptor Class.

GEDANI,

Typis JOHANNIS ZACHARIÆ STOLLII,
SENATUS ET ATHENÆI CHALCOGRAPHI.



ANTISCUM, Sidus Prufforum, Stella Polaris,
Terrenti scribis quæ ponto jura, jugumque
Æstibus imponis tremulis, domibusq; coronas
Oceanum, auratis attingis turribus iplas
Sanctorum Sedes, Batavus quam dives adorat,
Adveniens Anglus cui gemmea carbasa sponte

Submittit, supplex tua tangens littora honorat.
Non aliter placitura Diis, *o Diva*, fuisses,
Ni custodisses ingentia pignora Cœli,
Artes atque *Fidem*, qua non est purior ulla,
Qua sine cuncta ruent, qua sola stante manebunt
Omnia fixa loco: quæris, quos dislita Cone,
Vel nimium glebis exilis gignat Arisbe,
Phœnicesque ipsi peracuti, aut Zonanivalis,
Dent pariantque Viros ornent qui pulpita Ludi
Clara tui; forment docto sudore juventam,
Dissolvant nodos; quid distent æra lupinis
Monstrent, ne mentes dubiæ per opaca vagentur
Errorum, pectus temeret nec foeda libido.
Ceu vacuæ rectore rates, aut orba Magistro
Navis, in abruptos infausto Sidere fertur,
Atque ferit scopulos, patulo sorbetur hiatu:
Sic ruit in præceps Patrum spes, cara Juventus,
Si Ducibus careat dextris, careatque Magistris.
At te felicem! Te terque quaterque beatam,
Urbanam Sobolem, natam melioribus annis!
Quæ Ductore cares nunquam, licet undique latret
Mavors, seu pax sit, semper tibi copia dives
Doctorum est, magnæ quos mirarentur Athenæ.
Hos cum non possit sterilis mea penna loquendo
Collaudare, tacet. *Laudantur magna silendo.*
Te celebret potius vilis mea crena, Tibique
Assurgant tenues ausus, ne spreveris, oro,

Clare

Clare VIR, ingenuæ mentis, tum cordis aperti,
 Si Tibi, sique aliis Te monstrem, munera tangam,
 E queis quisque sibi poterit promittere fructus
 Discendum largos. Hic, Tu monumenta recludes
 Vatum præcorum, tradesque salubria proli
 Pieriæ, leges & idonea discere vitæ
 Præcipies blandè, & bullatas linquere nugas,
 In queis non magis est succi, quam pumice lactis.
 Quicquid habet Latium solidi, quod Cyrræa superba
 Incinuit, quicquid dixerunt ora diferta
 Arpinatis, adhuc spirantis in orbe Scholarum,
 Ipse tenes, præclarè animo, Tibi rostra Quiritum
 Possent immensæ permitti grandia Romæ.
 Carmina dum pangis divino Nectare stillant,
 Quæ probat ipse Helicon, queis vellet Præses Apollo
 Pingi: sicque cales, Tu Clare VIR, igne superno
 Est Tibi Philosopho mens explorata per usus:
 Id libri monstrant, quos fudit Musa per orbem.
 Res atavum gestas nosti, quid secula prisca
 Scripserunt calles, docta & certamina Patrum
 Mente probè compacta tenes: dispescis in omnes
 Ex æquo, si quos discendi erecta cupido
 Exstimulat. Comperta loquor, nam totus ab ore
 Pendebam ipse Tuo, quondam nec poenitet unquam,
 Immò audisse Virum fiet hæc mea gloria prima.
 Sed mihi sufficiat partem tetigisse bonorum,
 Et partem tacuisse placet: quodcunque relinquo
 Est majus, quoniam versu describere vires
 Doctrinæ partæ nequeo, qua venit onustus.
 Tu verò Musis vorò sacrata Parentum
 Proles, advenias, cujus calor incitat altam
 Mentem fidereus, veniens non deside passu:

Pabula

Pabula repperies, poteris quæ condere corde.
 Linque lares, quosunque dedit Fortuna benigna
 Ad tempus, melior sub patria tecta redibis.
 Aurea doctrinæ certo Capitolia scandes,
 Virtutem & referes, ut apum pia turba, virentem
 Dum. linquit Campum, flores ad cerea regna
 Dum revehit, thymo suavi violisque gravata:
 Hoc spondet Vates, hoc tu sperato Juventus.
 Sed jam tempus erit votis concludere carmen,
 Inque preces faultas vires intendere pennæ.
 Adsis, quæso, DEUS, firmes pia facta *Senatus!*
 Successum comitem adspires, seniumque repellas
 Artibus à cultis, currant hæc tramite certo.
 Hic NOSTER doceat felix, donetque Juventam
 Speratis meritis, quodque est optabile, adæquet
 Famam Doctorum, Cathedram qui condecorarunt
 Non videat quisquam postes umbrare Cupressum
 Hosce Tuos. Adamas durus liget ossa torosque
 Ac animam solido nexu: egrediare Senectam
 Nestoream, vigeat pectus tardeque fatiscat.
 Te centum Juvenes stipent ætate virentes,
 Ore pares, animoque pares, rectique tenaces.



Ung VI 4

(x 2743293)



U 17
U 18





habo: III. 4454

141

PROSPHONISIS VOTIVA,

quam
VIRO

PRÆCELLENTISSIMO, AMPLISSIMO CLA-
RISSIMOQUE

DOMINO

M. JOHANNI
SARTORIO,

Gymnafii ELBINGENS. hæctenus
RECTORI,

Jam celeberrimi Athenæi GEDANENSIS,
ELOQVENTIÆ & POESEOS
PROFESSORI P.

Munus Ordinarium

SOLENNI PANEGYRI

die 23. Octobr. A. O. R. MDCCIV.
auspicanti:

Quod JEHOVA fortunet!
Fortuna PRUSSICA tranqillet!
Securitas PUBLICA consolidet!

In hoc qualicunque Affectus sui

DOCUMENTO

grata mente
offert

JOHANNES ZABANIUS,

Athenæi Præceptor Claff.

G E D A N I,

Typis JOHANNIS ZACHARIÆ STOLLII
SENATUS ET ATHENÆI CHALCOGRAPHI.



...s,
...rores,
...m Vs O CrobrIs.
...lima!

...s Nostra,
...za!

... Romanorum more,
...r.
...legio apparatu,
...diceret:
...unt Nuptie.
...entur descriptionem.
...ne accensæ.
...AGINES,
...ffas,
...rabitur Posteritas.
...iffine